

### 311. Codro

Inter Dores et Athenienses veteres discordiae erant et Dores bellum contra Athenienses paraverant, sed antea oraculum Delphicum de belli exitu interrogaverant. Legatis a Doribus missis Pythia haec verba responderat: «Victoria vestra erit, nisi hostium regem necaveritis». Dorum duces igitur militibus imperaverant ne Atheniensium regem necarent. Atheniensium rex Codrus erat qui, cum oraculi responsum cognovit, statim optavit mortem occumbere ut morte sua patriam liberaret. Quod ut impetraret («per ottenere ciò»), Codrus vestem mutavit, ligna in humeros imposuit et, quasi servus esset, in hostium castra intravit. Ibi ultro verbis contumeliosis militis cuiusdam iram excitavit: tum ille Codrum gladio acriter interfecit. Hoc modo Dores, etiamsi inviti («pur contro voglia»), hostium regem necaverunt, qui rem publicam magno periculo liberavit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 312. Rodopi

Rhodopis filia erat mercatoris Graeci qui Naucrati, in urbe Aegypti, habitabat. Ea omnes puellas aetatis suae pulchritudine superabat. Olim cum ancillis ad Nilum flumen lavatum («a lavarsi») venit interea vestimenta et sandalia ancillis commisit. Subito vultur devolavit, unum sandalium arripuit. Ancillae metu aufugerunt. Rhodopis cum altero sandalio domum revertit. Illo tempore Psammetichus, Aegyptiorum rex, sedebat in foro. Subito vultur sandalium quod rapuerat in gremium regis ipsius demisit et avolavit. Statim rex, cui sandalii venustas valde placuerat, vates consuluit. Quorum unus: «Rex,» inquit, «hoc est deum omen. Quaere eam virginem ut nostra regina sit». Rex vatis consilio paruit: puellam invenit quae alterum sandalium possidebat. Eius venustatem magnopere laudavit eamque uxorem et reginam fecit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 313. Aracne

Arachne puella Lydia fuit, non genere aut gentis origine clara, sed arte: nam telas summo artificio texebat et acu filisque pingebat. Sed puella etiam superbissima erat: «Pallas», saepe dicebat, «mecum certet: facile vincam». Ut haec audivit, Pallas anus figuram vestemque sumpsit et ad Arachnem venit: primum illam monuit ut maxima laude quam inter mortales obtinuerat contenta esset. At illa superbe: «Haud dubie ob senectutem mentis non compos es; si qua tibi filia aut nurus est, ea ista verba audiat: nam mea arte etiam Palladem superare constitui». Tum Pallas anus faciem reliquit et divinam naturam potentiamque detexit: colu puellae frontem percussit. Statim Arachne araneae speciem assumit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 315. Socrate

Socrates, quem omnes maximum philosophorum putaverunt, vir fuit summae fidei et animi benevolentissimi. Omnibus enim profuit, nemini umquam nocuit. Socratem igitur non solum hominum consensus, sed etiam Apollinis oraculum sapientissimum omnium salutavit. Fuit praeterea integerrimus optimus civis; nam, ut patriam defenderet, multis proeliis interfuit. Uxorem autem duxerat Xanthippen, mulierem morosam et iurgiosam, cuius malam indolem philosophus incredibili patientia tolerabat *domi*, ut ceterorum quoque *foris* petulantiam et iniurias tolerare disceret. Inimici eum iniuste accusaverunt sed Socrates, ne legum sanctitatem violaret, mortem fugae anteponere non dubitavit. Athenienses postea animos mutaverunt et eius nomen probitatemque summis laudibus celebraverunt.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 316. Tarpea

Romani confugerant in Capitolium, quod Sabini oppugnabant. Capitolii custos Spurius Tarpeius erat. Huius filiam, Tarpeiam nomine, Sabinorum rex auro corrupit, ut armatos in arcem admitteret. Virgo proditionis pretium petiverat id quod Sabini in manibus sinistris gerebant; rex promisit et puella, quae nullum dolum timebat, portam aperuit ut eos in arcem introduceret. Sed confestim proditionis poenas dedit: nam Sabini non solum armillas et anulos, quae Tarpeia indicaverat, sed etiam scuta in manibus sinistris gerebant, quibus puellam necaverunt. Nam quicumque facinus committit, saepe hostibus ipsis invisus est. Iuxta aliam fabulam puellam Romani ipsi interfecerunt, ex illa rupe deicientes, quam postea ex eius nomine Tarpeiam appellaverunt.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 317. Il giorno supremo di Troia

lam Argivi noctis auxilio ab insula Tenedo veniebant, ut urbem invaderent somno vinoque sepultam. Sinon claustra immanis equi laxavit, ut redderet ad auras inclusos heroas. Graeci agmina iungunt incendiisque omnia complent: Venit summa dies et ineluctabile tempus Dardaniae. Fuit Ilium, et ingens gloria Teucrorum. Troiani turrim in praecipiti stantem convellunt ut Danaum agmina obruant. Priamus arma diu desueta nequiquam humeris imponit, ut extremum auxilium temptet, dum Hecuba nataeque circum altaria sedent ac pavidae divum simulacra amplexu cingunt. Ipse inter primos Pyrrhus, Achillis filius, dura bipenni limina perrumpit. Elapsus de caede Pyrrhi Polites, unus natorum Priami, per vacua atria fugit saucius sed ante ora parentum concidit ibique multo cum sanguine vitam fundit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
voto		

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 311. Codro

Inter Dores et Athenienses veteres discordiae erant et Dores bellum contra Athenienses paraverant, sed antea oraculum Delphicum de belli exitu interrogaverant. Legatis a Doribus missis Pythia haec responderat: «Victoria vestra erit, nisi hostium regem necaveritis». Dorum duces igitur militibus imperaverant ne Atheniensium regem necarent. Atheniensium rex Codrus erat qui, cum responsum cognovit, statim optavit mortem occumbere ut morte sua populo victoriam pararet. Quod ut impetraret («per ottenere ciò»), Codrus vestem mutavit, ligna in humeros imposuit et in hostium castra intravit. Ibi ultro verbis contumeliosis militis cuiusdam iram excitavit: tum ille Codrum gladio acriter interfecit. Hoc modo Dores, etiamsi inviti («pur contro voglia»), regem necaverunt, qui morte voluntaria Atheniensium rem publicam magno periculo liberavit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 312. Rodopi

Rhodopis filia erat mercatoris Graeci qui Naucrati, in urbe Aegypti, habitabat. Ea omnes puellas aetatis suae pulchritudine superabat. Olim cum ancillis ad Nilum flumen lavatum («a lavarsi») venit ibique postea corpus calore oppressum in aqua fluminis recreavit; interea sandalia ancillis commisit, ut ea custodirent. Subito vultur devolavit, unum e duobus sandaliis arripuit et avolavit. Ancillae vulturis metu aufugerunt. Rhodopis cum altero sandalio domum revertit. Eodem illo tempore Psammetichus, Aegyptiorum rex, sedebat in foro Memphidis. Subito vultur sandalium quod rapuerat in gremium regis ipsius demisit. Statim rex, cui sandalii venustas valde placuerat, vates consuluit. Quorum unus: «Rex,» inquit, «hoc est deum omen. Quaere eam virginem, cuius est hoc sandalium, ut nostra regina sit».

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005



### 313. Aracne

Arachne puella Lydia fuit, non genere aut gentis origine clara, sed arte: nam telas summo artificio texebat et acu filisque pingebat. Ut eius opus admirabile aspicerent, Nymphae ipsae saepe silvas fontesque relinquebant et ad ea edebant. Sed puella etiam superbissima erat: «Pallas ipsa», saepe dicebat, «mecum certet: facile vincam». Ut haec audivit, Pallas anus figuram vestemque sumpsit et ad Arachnem venit: primum illam monuit ut maxima laude contenta esset. At illa superbe: «Haud dubie ob senectutem mentis non compos es; nam etiam Palladem superare constitui». Tum Pallas anus faciem reliquit et divinam naturam detexit: colu puellae frontem percussit, corpus funesto medicamine conspersit. Statim Arachne araneae speciem assumit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 315. Socrate

Socrates, omnes maximum philosophorum putaverunt, vir fuit summae fidei et animi benevolentissimi. Omnibus enim profuit, nemini umquam nocuit. Socratem igitur non solum hominum consensus, sed etiam Apollinis oraculum sapientissimum omnium salutavit. Fuit praeterea integerrimus optimusque civis; nam, ut patriam defenderet, multis proeliis interfuit (da intersum). Uxorem autem duxerat Xanthippen, mulierem morosam et iurgiosam, cuius malam indolem philosophus incredibili patientia tolerabat *domi*, ut ceterorum quoque *foris* petulantiam et iniurias tolerare disceret. Inimici eum iniuste accusaverunt sed Socrates, ne legum sanctitatem violaret, mortem fugae antepone non dubitavit. Athenienses postea animos mutaverunt et eius nomen probitatemque summis laudibus celebraverunt.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 316. Tarpea

Romani confugerant in Capitolium, quod Sabini oppugnabant. Capitolii custos Spurius Tarpeius erat. Huius filiam, Tarpeiam nomine, Sabinorum rex auro corrupit, ut armatos in arcem admitteret. Virgo proditionis pretium petiverat id quod Sabini in manibus sinistris gerebant; rex promisit et puella, quae dolum non timebat, portam hostibus aperuit ut milites in arcem introduceret. Sed confestim proditionis poenas dedit: nam Sabini non solum armillas et anulos, quae Tarpeia indicaverat, sed etiam scuta in manibus sinistris gerebant, quibus puellam obruerunt atque necaverunt. Nam quicumque turpe facinus committit, saepe hostibus invisus est. Iuxta aliam fabulam puellam Romani ipsi interfecerunt: ex illa rupe deiecerunt, quam postea ex eius nomine Tarpeiam appellaverunt.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005

### 317. Il giorno supremo di Troia

Iam Argivi noctis auxilio ab insula Tenedo veniebant, ut urbem invaderent. Sinon claustra immanis equi laxavit, ut redderet ad auras inclusos heroas. Graeci agmina iungunt incendiisque omnia complent. Venit summa dies et ineluctabile tempus Dardaniae. Troiani turrim in praecipiti stantem convellunt. At alii sine mora succedunt, dum interea nullum telorum genus cessat. Priamus arma nequiquam humeris imponit et inutile ferrum, dum Hecuba nataeque circum altaria sedent ac pavae ut columbae divum simulacra cingunt. Ipse inter primos Pyrrhus, Achilles filius, limina perumpit, postesque aeratos a cardine vellit. Elapsus de caede Pyrrhi Polites per vacua atria fugit saucius ut hosti se eripiat, sed ante ora parentum concidit ibique multo cum sanguine vitam fundit.

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

nome e cognome ..... classe 1A data 3/6/2005